†

Praemonitio ad Lectorem.

Nosse te Lector benevole velim, me tenuitatis meae admodum
conscium, laborem hunc Versionis non praesumpsisse arroganter,
sed petita prius et obtenta paterna benedictione à p. m. (tit)
Rmo DDno Martino Ferdinando Brückner à Brückenstein, ejus-
tem prius Administratore Ecclesiastico etc. neque ne mox à Vete-
sed potius à Novo Testamento eundem auspicari ausum, quo
certior spes esset, saltem aliquid ejus, debite persolvendi.
~~[illegible]~~ Hinc non mireberis, quod in ea parte, uti omnia princi-
pia communiter rudiora eveniunt, quaedam ~~fortasse~~ minus po-
lita reperiantur, # maxime cum id unice propositum haberem,
secundum possibilitatem, litterae inhaerere, quod et per totum
opus observare conatus sum. Postquam verò adjuvante DEO eam
partem ad calcem perduxissem, tentavi porrò, quamvis retrogradè
progredi & inchoando à Psalmis eundem laborem continuare:
Quo etiam feliciter perfunctus ~~tandem~~ spem, operis perficiendi, majorem concepi, et
adjeci animum, ipsum Veteris Testamentum ab initio aggredi, donec ~~[illegible]~~ con-
tinuando tandem totius Operis Biblici laborem † ~~complessem~~ per DEI
assistentem Gratiam complessem: Cui proinde Gratiarum actio,
laus et gloria in sempiterna saecula! Amen.

Protestor autem ~~etiam~~, totum Opus hoc ~~bene~~ adhuc revisione ac collatione cum
textu Latino indigere; ideo si forte vocabulum aliquod, aut etiam quid amplius
notaretur emansisse; ascribendum id erit inadvertentiae, aut festinae
cogitationi calamo imputandum. Authores S. Scripturae In-
terpretes in hac Versione potissimum adhibui † Guilelmum Esthium, Epistolas
Nicolaum Lyranum, # ~~et Emanuelem Sa~~: ad quos proinde, vel
ad alios, si quid obscurius occurrerit, recurrendum erit.

NB (Haec Pars quoad de- [jam] mo atq politius de- scripta est.)

† una cum Apocryphis.

† Divi Thomae Catenam Auream in Evangel: in Epistolis verò

Cardinalem Hugonem, nec non Emanuelem Sa, et Jacobum Tirinum S. J.